



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. Remanet-ne aliquid de substantia Panis & Vini post consecrationem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**



S. Ambros.  
lib. de ini-  
tiandis, cap.  
9.

quare, ut ait sanctus Ambrosius; *Si tantum valuit sermo Elia, ut ignem de caelo depromeret, non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum?*

*Quest. 3.* Remanet ne aliquid de substantia Panis & vini post consecrationem?

Conc. Trid.  
sess. 13. Can.  
2.

*Resp.* Est de fide definitum in Concilio Tridentino, totam substantiam Panis & vini mutari in substantiam Corporis & sanguinis Domini. *Si quis dixerit, in sacra-sancto Eucharistia Sacramento remanere substantiam Panis & vini unà cum Corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi, anathema sit.*

Can. Omnia.  
De Consecr.  
dist. 2.

Rationem autem hanc affert Divus Ambrosius relatus in Canone; *Omnia, inquit, quaecumque voluit Dominus fecit in caelo & in terra: & quia voluit, licet figura Panis & vini hic sit, omnino nihil aliud quam Caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt. Unde ipsa veritas ad Discipulos haec inquit: CARO MEA EST PRO MUNDI VITA.*

Cath. Conc.  
Trid. parte  
2. de Euchar.  
nu. 38.

*Quest. 4.* Si nihil remanet de substantia Panis post consecrationem, quare Sacramentum Eucharistiae dicitur Panis in Scriptura sacra?

*Resp.* Ut ait Catechismus Concilii Tridentini: *Mirandum non est, si post consecrationem Panis etiam vocetur: Hoc enim nomine Eucharistia appellari consuevit: tum quia Panis speciem habeat, tum quia naturalem alendi & nutriendi Corporis vim quae Panis propria est, adhuc retineat. Eam autem esse Sacrarum litterarum consuetudinem, ut res ita appellet cujusmodi esse videantur, satis ostendit quod in Genesi dictum est, tres viros Abrahae apparuisse, qui tamen tres Angeli*